Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dominus in iacob et cecidit in israhel
Et sciet omnis populus effraim et habita
tores samariam in superbia et mag
nitudine cordis dicentes. Lateres
ceciderunt sed quadris lapidibus
edificabimus. Sicomoros ceciderunt
sed cedros inmutabimus et elevabit
dominus hostes rasin super eos e
um et inimicos eius in tumul
tum vertet samariam ab oriente
et philistim ab occidente et devora
bunt israel toto ore. In omnibus his
non est aversus furor eius sed ad
huc manus eius extenta. Et po
pulus non est reversus ad percutientem
se et dominum exercituum non inquisierunt
Et disperdet dominus ab israel caput
et caudam et incurvantem et refrena
tem in die una. Longevus et hono
rabilis ipse est caput et propheta
docens mendacium ipse est cauda. Et
erunt qui beatificabunt populum istum
seducentes et qui beatificantur pre
cipitati. Propter hoc super adolescen
tulis eius non letabitur dominus
Et pupillorum eius et viduarum non
miserebitur quia omnis ypocrita
est et nequam et universum os locutum
est stultitiam. In omnibus his non
est aversus furor eius sed adhuc
manus eius extenta. Et populus non
est reversus ad percutientem se et
dominum exercituum non exquisierunt
Succensa est enim quasi ignis impietas
veprem et spinam vorabit et succen
detur in densitate saltus et convol
vetur in superbia fumi. In ira domini
exercituum conturbata est terra. Et
erit populus quasi esca ignis. Vir fratri
suo non parcet et declinabit ad dexte
ram et esuriet et comedet ad sinistram
et non saturabitur. Unusquisque carnem
brachii sui vorabit. Manasses effraim
et effraim manassen simul ipsi contra
iudam. In omnibus his non est aver
sus furor eius sed adhuc manus eius
extenta. Convertimini filii recedentes.
quia ego dominus deus vester salvans
vos in brachio extento ait dominus omnipotens.

Ve qui X capitulum potens
condunt leges iniquas
et scribentes iniusticiam
scripserunt ut opprimerent in iudicio
pauperes et vim facerent cause humi
lium populi mei ut essent vidue preda eorum
et pupillos diriperent. Quid facietis
in die visitationis et calamitatis de
longe venientis. Ad cuius fugietis
auxilium et ubi derelinquetis glo
riam vestram. Ne incurvemini sub vin
culo et cum interfectis cadatis. Super
omnibus his non est aversus furor
eius sed adhuc manus eius extenta.
Ve assur virga furoris mei et baculus
ipse est in manu eorum indignatio
mea. Ad gentem fallacem mittam
eum et contra populum furoris mei man
dabo illi ut auferat spolia et diripiat
predam. Et ponam illum in concul
catione quasi lutum platearum. Ipse
autem non sic arbitrabitur et cor eius
non ita estimabit. sed ad conterendum
erit cor eius et ad internicionem gen
cium non paucarum. Dicet enim. Num
quid non principes mei simul reges
sunt. Numquid non ut carcamus sic